

ait, muniuit armis iustitia hominem, in quo habitauit; potestatisque, que nos in seruitutem redegerant, per crucis figuram superatis: Est enim Crux victoriae firmamentum; machina, per quam 14, qui ad Ecclesiam edificium adaptati sunt, lapides quadrati instar attrahuntur sursum adaptandi diuino Verbo. Expende: Est Crux victoriae firmamentum, & etiam machina, qua homines sursum trahuntur, Veluti in quotidianis edificiis per machinam lapides dolati ex imo feruntur in altum; sic per Crucem ex imo terrae subleuamur in celum.

Matth. 16. Qui conuersus dixit Petro:
num. 23. Vade post me, Satana, scandalum es mihi; quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.

VERSIONES.

D. Aug. ser. 13. Redi post me Satanas.

de verbis Domini secundum Matth.

D. Athanas. de Apage retrorsum, Satana, humana natura. scandalum es, eo quod cont. Appollin. non sapias

Syriacus. Abi retrorsum à me, Satana: offendiculo es mihi, quippe qui non sapis, quæ Dei sunt:.

Græcus apud Luc. Burg. Abscede, seu faceffe hinc è conspectu meo.

Vatablus. Abi post me, Satana: obstaculo es mihi.

Arabicus. Non cogitas, quæ Dei sunt.

ALTER TEXTVS.

Marc. 8. n. 33. Qui conuersus, & videns Discipulos suos comminatus est Petro, dicens: Vade retrorsum, Satana, quoniam non sapis, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

EXPOSITIO IV.

28.
Marc.



Vi conuersus dixit Petro, à latere sibi astanti, itaut alij Discipuli scirent increpationem Petri, quod innuit D. Marcus, *Qui conuersus videns Discipulos suos*, quia erant in eadem sententia cum D. Petro, vt ex hoc cauerent, ne similia dicerent; nam idem cum eo patiebantur, vt ait Euthymius *Vade post me, Satana, scandalum es mihi*, D. Hilar. & D. Chrysost. 27. *Vade post me*, refert ad Petrum, *Satana scandalum es mihi*, refert, non ad D. Petrum, sed ad diabolum, qui talia suggererat Petro, vt diceret, *Abi à te Domine*. In eadem sententia videtur esse Origenes tract. 1. in Matth. D. Hieronymus hic, D. Augustinus serm. 13. de verbis Domini secundum Matth. Abulensis q. 112. qui sic explicant. Vade post me, sequendo potius

Euthymius.
Hilarius.
Chrysost.
Origenes.
Hieron.
Ambros.
Abulens.

meam voluntatem, quam tuam, imitandoque meam passionem, & Crucem.

Communis tamen hodie sententia Maldonati, Barradae, Burgenfis, Cornelij vtrumque coniungit, & totum dictum Petro ascribit. Ac si dicat Christus, Vade post me, id est Recede, seu faceffe à me, seu abi à conspectu meo, quia in his, quæ dicis, non te præbes mihi amicum, sed Satan, id est aduersarium, hoc enim Hebraice significat Satan, & scandalum es mihi, id est offendiculum, vt habet Syriacus, es mihi; vis enim impedire meam passionem, redemptionemque generis humani, adimpletionemque præcepti, mihi impositi à Patre meo. Ita sancti Patres Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Beda, Paschasius, Albertus Magnus, D. Hieronymus, qui ait: *Mee voluntatis est, & Patris, vt pro hominum salute moriar; tu tuam tantum consideras voluntatem, non vis, granum tritici cadere in terram, vt multos afferat fructus.*

Quia non sapis, seu, non consideras ea, quæ Deus probat, & alto consilio ordinat; sed ea, quæ hominum, nempe illa, quæ caro, & sanguis suggerunt. Euthymius. Etenim si diuina gustares, vique dignum me iudicares, qui moriar pro mundo; quia vero humana sapis, potius indignum me iudicas, qui moriar. 1. Corinth. 2. num. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere.

QUESTIO V.

Quare D. Petrum tam mirifice antea laudatum, nunc tam seuerè increpat Dominus?

Valde mirum videtur, quod eundem D. Petrum tam breui intervallo Christus beatum, ac Satanam appelleret; & eum, quem constituerat suæ Ecclesiæ fundamentum, nunc sibi esse scandalum dicat. Respondet Primò D. Hieronymus, D. Paschasius, illam benedictionem, ac potestatem, & ædificationem Ecclesiæ super eum, in futurum promissam, non in præsentia datam. Super te edificabo Ecclesiam meam. Tibi dabo clauis regni calorum. At pro præsentia tempore, quo aduersabatur Christo volenti mori, & crucifigi, tunc vocari Satanam, id est aduersarium. Secundò D. August. ser. 13. de verbis Domini secundum Matth. Theophylactus, Albertus Magnus, & alij respondent, Petrum dici beatum, & petram Ecclesiæ constitui, prout non ex carne, & sanguine, sed ex Deo reuelante loquitur, ac Christi diuinitatem constituitur: Satanam verò vocari, prout sapit, non ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum, humanumque affectum sequitur. & secundum illum verba profert. Hæc iuxta litteram: tamen alias rationes, & mores valde vitales subiciamus.

Secunda. Euthym. Tu verò, ait, mihi considera eum, qui paulo ante maxime beatus predicatus est, nunc maxime increpatum ad correctionem sua audacia, vt intelligas, quod saluator non sit personarum acceptor: cum enim rectè locutus est, beatum predicauit illum: quando autem non rectè, increpauit. Petrum, quem paulo antea tantis sublimauerat, vt beatum dixerit, fundamentumque suæ Ecclesiæ constituerit cum

29.
Maldon.
Barradas.
Burgenf.
Cornelius.
Chrysost.
Theophyl.
Euthym.
Beda.
Paschas.
Hieronym.

30.

Euthym.

1. Corinth. 2.

31.

Hieron.
Paschas.

August.
Theophyl.
Alb. Magnus.

Petrus ex reuelatione dicit vera, ex se loquens errat.

32.

Euthymius.

Cap VI. Increpatur Petrus.

Christus in amicis castigat errores.

33.
Damianus.

Prælatu cum blandis dat verba rigoris.

Rom. 13.

34.
Origen.

Qui celestibus debet ascendere multum errat, si temporalibus se tradat.

35.
Paschas.

Matth. 4.

Quilibet persistat in sua vocatione.

36.
Bas. Seleucus

Matth. 26.

eam ampla potestate ligandi, ac soluendi, quomodo nunc tam dura animaduersione percussit? Diuini principis ingenium, personas non respicit, officia in amicis renuntiat, vt defectus, si in eis appareant, castiget: errores enim in quocumque sint, æqualiter persequitur.

Tertia. Cardinalis Petrus Damianus l. 7. Epist. 11. *Saluator noster*, ait, *qui tanquam mitis agnus apparuit, mox vt Petro celi, terræq. iura commisit, protinus eum dura redargutione corripit: Vade post me, Satana. Et rationem subiicit. Quia in hac mortalitate rectè non vinitur, si blandis, ac mollibus asperitas non misceatur: nam ubi penitus disciplina postponitur, necesse est, vt prona semper ad malum fragilitatis humane conditio relaxetur. Quid est, quod cum Petrus Ecclesiæ præful inauguratur, magnus fauoribus à Domino sublimatur, Beatus es, & super hanc petram: & statim dura reprehensione corripitur, Vade post me, Satana. Ad quid hoc tendit, nisi vt ipse Ecclesiæ pastor, in eoque vniuersi pastores simul instruantur, vt blandis dura, fauoribus rigores admisceant, nec dissimulent errores: nam si prælati subditis indulgeant, pro nostra miseria semper humana fragilitas in deterius prolabitur. Sic pergit citatus Cardinalis. Inordinata pietas principis quid est aliud, quam confusio plebis? nam dum ille à moderanda regiminis habena reprimuntur, subiecti quoque velut effrenes equi per abruptum aptantur. Et ad hunc sensum explicat locum Pauli Rom. 13. num. 4. Non enim sine causa gladium portat: Dei minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.*

Quarta. Origenes tract. 1. in Matth. Si Petrus scandalum à Christo dictus est, inquit, quasi qui non saperet, quæ Dei sunt, sed quæ hominis, quid est dicendum de hominibus, qui proficiunt se Discipulos Christo, non autem sapiunt, quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt; aspiciunt, quæ videntur, & temporalia sunt: non est ergo leue peccatum, sapere, quæ hominum sunt, cum debeat quis in omnibus sapere, quæ Dei sunt. Petrus, qui tantis diuinis muneribus fuerat modo sublimatus, tã rigide nunc obiurgatur, vt ei dicatur, *Vade post me, Satana*; grauissimum crimè est, vt illi, qui cum deberent spiritualia, ac æterna meditari; his omisiss, toti se in temporalibus, ac caducis rebus immergant. O quam miser est, qui in cunctis solum habet sæculi, non Dei, saporem.

Quinta. D. Paschasius lib. 8. in Matth. *Moneatur Petrus, inquit, vt impleat quod eis, à Domino in principio sue vocationis iussu fuerat. Dixerat enim. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. num. 19. Vocauerat Dominus Petrum, vt ipsum sequeretur; Petrus autem veluti intentans mutare vicem, volebat monitis, & consiliis præcedere, vt illa Dominus sequeretur: ideo hic ipse adhortatur à Domino, vt in sua vocatione persistat, & ab illa non recedat, ne inde in graviora mala incidat.*

Sexta. D. Basilius Seleucus Orat. 31 pulchre differens de Petro, & Iuda, sic ait: *Quæ hæc asperitas verborum, Domine? Quæ hæc formidanda in Petrum increpatio? Modo audiuit Petrus, Beatus es Simon Bar-Iona, & nunc Satanam vocas Apostolum, & scandalum, diabolisq. appellas instrumentum? Etsi Iudas venditionem molitur, eadem facit, te contra cum Iudæis compositione transigit: non tamen increpatur, nec dixisti, Vade post me, Satana, sed inquis illi, Amice, ad quid venisti? Matth. 26. num. 50. Res magna indagine digna. Sceleratissimum extabat Iudæ crimen; & tamen in Hor-*

to cum eo Dominus, non rigide, sed beneuole agit, amicūque appellat, *Amice, ad quid venisti?* Cupla verò D. Petri orta ex nimio amoris zelo, vt inquit D. Chrysostomus, vel ex amicitia libertate, vt ait Euthymius; vel ex fidei confidentia, vt astitit D. Paschasius, à Domino tamen durissime increpatur, *Valde post me, Satana. Scandalum es mihi.* Cur, Domine, cum execrando traditore tam mitis, cum amanti Discipulo tam rigidus? Scelus Iudæ etsi turpissimum, ad eum cruci, & morti tradendum disponebatur, a qua enim Petri ignorantia diuertere intendebat. Licet Iudæ nefas omnium esset scelestissimum, mortem tamen, & crucem, vehementer desideratam Domino præparabat; indeque diuinus amor aliquantulum cum eo rigorem dissimulat, cum illoque nunc leniter agit. At verò ignorantia Petri, etsi, ex minima charitate, mortem tamen Salvatore retrahere conabatur; quem affectum, vt pote delicias, ac blanditias eius impediendum, ægrè tulit diuinus amor, indeque in eum asperissime inuehitur, seruetque illum obiurgat: obistere enim morti eius, nec verbis dici, nec audire auribus patiebatur.

Septima. Idem D. Basilius Seleucus citata. *Vidisti, ait, Domine cum militibus, & armis inuadentem, nec dixisti, Vade post me, Satana, non verbis inuicisti, sed ais, Amice, ad quid venisti? Et contra Iudam talis, & Petrus amoris premium fert contumelia? feritur, qui parit, & ex ignoracione offendens verbis vapulat: ne, inquit, perhumanus Saluator: ubi enim vlcus est inmedicabile, ibi phar-macum inutile; ubi autem curationis spes, sectionem induco curationi. Quis est hoc? Petrum Satanæ nomine ferit, & Iudam amici agnomine exornat? Cur magis, quam Petrum diuinus Iudex verbis non percutit Iudam? Vbi vulnus est incurabile, & nulla reprehensionis vltio profutura est, ibi omnino ab illa abstinet: at ubi spes est medicaminis, ibi illud adhibet, flagellum admouet, vt, resecatis vitiis, nouo augmento pullulet virtus.*

Ibat Paulus furens, & anhelans in Christianos, & cum appropinquaret Damasco, *Subito circumfusus eum lux de celo, & cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum tibi contra stimulum calcitrare. Actor. 9. num. 4.* Cur prius cadit in terram; & postea audit vocem, *Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare? Stimuli erant miracula, prædicationes, ac doctrinæ Apostolorum, & Stephani; contra quæ Paulus hæcenus calcitrauerat. Cur hæc vox non auditur ante casum, sed post illum? Vox illa erat increpationis vox. Antequam caderet, in futuro insanix, & nequitia ibat obstinatus, & anhelans; prostratus autem in terra, optime erat dispositus, & præparatus ad correptionis stimulos; iam enim à sua nequitia defierat, & luce diuina erat percussus, quam Deus etiam in suo corde infundebat, vt errore deposito veritatem agnosceret; & cum tam mutatus tunc existeret, correptionis vox cum suis aculeis in eum optime vibrans magnum illi medicamen adhibebat. Franconius Abbas tom. 12. de Gratia. Nec prius, inquit, diuina correptionis vocem audire meruit, quam supplantato pede superbia proximis in terram corruisset.*

Vide tom. 3. cap. 16.
num. 93.

K 2

QVÆ

Chrysost.
Euthym.
Paschas.

Durissimum diuino amoris, quod à morte retrahatur.

37.
Bas. Seleucus

Reprehensio danda ubi est emendationis spes.

38.

Actor. 9.

Reprehensio danda, quando proficere potest.

Franconius.

QVÆSTIO VI.

Quare Christus Dominus increpans Petrum,
hic Satanam vocat?

RECITE adnotarunt Origenes tract. 2. in Matth. & D. Paschasius lib. 8. quod Dominus suscipiens Petri affectum, ignorantiam autem exprobrans dixit, *Vade post me Satana*. An verò Christus iisdem verbis Petrum hoc loco, & diabolum Matth. 4. num. 10. repulerit? dicitur. Iansenius, & Caietanus, dictum contendunt etiam demoni, *Vade post me Satana*. Sed in nostra Biblia correctâ iussu Romani Pontificis tantum habetur dictum diabolo, *Vade Satana*; at D. Petrus, *Vade post me Satana*. Pro quo subiicio verba D. Thomæ, commentantis ea, quæ hic dicuntur Petro. *Non, ut plerique putant, ait, eadem Satanas, & Petrus sententia condemnatur: Petro enim dicitur, Vade retro me Satana, id est sequere me, qui contrarius es voluntati meæ: ille audit, Vade Satana, non ei dicitur retro, ut subaudiatur, vade in ignem æternum. Vide quæ dixi tom. 1. lib. 3. cap. 3. quæst. 41.*

Quare Christus Dominus in præsentem magnum Petrum vocavit satanam, inquit nostra quæstio. D. Hilarius, hic, & D. Chrysost. fer. 17. docent sic dictum, quia à Satana instigatus fuerat, ut illa diceret, *Abstine à te Domine*, &c. Theophylactus videtur innuere, sic nuncupatum, quod eadem, ac satanas, seu diabolus volebat, ut Christus non pateretur.

Communis, & vera sententia est, Quod Satan est nomen commune, & Hebraico idiomate propriè significat aduersarium: *Non est Satan, neque occursum malus*. 3. Reg. 5. n. 4. id est aduersarius, qui impedit templi fabricam. Dicitur autem Petrus à Christo Domino Satan, id est aduersarius, quia eius verbis resistebat, suæque moriendi voluntati contrariebat. D. Hieronymus. *Satanas interpretatur aduersarius, siue contrarius; quia contraria, inquit, loqueris voluntati meæ, debes aduersarius appellari.* Idem docent D. Augustinus Serm. 13. de verbis Domini secundum Matth. D. Chrysost. D. Paschasius, Euthym. Theophylactus, Beda, Cathusianus, Albertus Magnus, S. Thomas, Abulensis q. 111. Nam quamvis modo apud nos Satan sumatur per appropriationem, ac antonomasiam pro aduersario generis humani, scilicet Diabolo; tamen Hebraicè, quo idiomate Christus est locutus, significat in genere aduersarium; Omnis enim, qui aduersatur, Satanas dicitur, ut ait Caietanus. Moraliter alias ationes subiicio.

Secundò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 18. *Discimus inde, ait, quando tempus ad certamina vocat, ne si ipsi etiam, qui charissimi nobis sunt, prohibeant, turpe forsan putantes, mentem ullo modo illis adhibeamus: Non enim à Satana differt, qui scandala ponit, Intendebat Petrus prohibere Dominum à Crucis victoria, & gloria, à Patrisque sui imposito adimplendo præcepto; tunc ille, non ut amicus, consideratur, sed tanquam inimicus, aduersarijque reicitur. Ut hoc nobis sit documentum, quod si amicus, vel consanguineus à recto ob aliquod commodum temporale nos retrahere affectet, illi à nobis sint, non tanquam amici, aut consanguinei, sed crudeles aduersarij reputandi, indèquæ à similibus fugiendum, & declinandum.*

Tertiò D. Petrus Chrysost. serm. 27. Respondens

Petrus, ait, *non erit tibi hoc. Veneniam quam dulce serpentis: ante facit militem regis sui negare victoriam, seruus ipse Dominum quam negaret. Vnde Dominus seruum post se mittit, Vade post me. Diabolus suggererat Petro, ut Crucem ac mortem Domino impediret, crucifixumque ab eius mente excludens ipsius regis victoriam denegaret, & inde ad negationis nefas disponderetur. Ante facit, militem regis sui negare victoriam, seruus ipse Dominum quam negaret.* Ob quæ Dominus in eum grauiter insurgit, durèque increpat, *Vade post me Satana, scandalum es mihi.* Docens nos, quod nunquam mentem nostram à Christo Crucifixo, eiusque morte separemus, ne inde in nobis prauæ dispositiones ad malum generentur, quæ nos in omne nequitia baratrum demergant; ad quas omnes euellendas efficax medicamentum mortis, ac passionis Christi meditatio.

Quartò. Dicit aliquis, quod maior vis, & energia secundum speciem inest in his verbis modò hic dictis Petro, quàm in illis Dæmoni præfatis in deserto Matth. 4. num. 10. *Vade Satana.* Nam hic dicitur Petro, *scandalum es mihi.* Cur hic tam durè increpat Petrum? Diabolus per se ipsum tantauerat Dominum in deserto, hic autem suggererat Petro verba illa, ut diceret, *Abstine à te Domine*; vt docent D. Hilarius, D. Chrysost. qui etiam tenent, illud dictum, *Satana scandalum es mihi*, ad diabolum referendum, ut ex citatis Patribus annotaui in expositione: inde Dominus tam asperè, ac seuerè in ipsum inuehitur. Magnum documentum morale nobis præbens, plus timendum ab ipso diabolo, cum sub amico nos tentat, quàm cum per se omnibus machinamentis nos impetit. Cum sub prætextu familiaritatis decertat, confidentius accedit, utpote bene noscens, quàm periculosa sint amicitia arma. Ex quo dixit Boetius lib. 3. de consolatione: *Nulla pestis est periculosior ad nocendum, quàm familiaris amicus.*

Quintò D. Hilarius in Psalm. 131. *Memento, Domine, Dauid, sic loquitur. Tanta enim ei Religio fuit pro humani generis salute patiendi, ut Petrum, primum filij Dei confessorum, Ecclesie fundamentum, Coelestis regni ianitorem, & in terreno iudicio iudicem cæli, Satana conuicio nuncuparet.* Instante morte Domini negat Petrus Magistrum Matth. 26. n. 7. Et tamen tunc non eum redarguit. At verò modo cum passioni intentat obistere, statim durissimè increpatur. *Vade post me Satana, scandalum es mihi.* Cur hic rigiditas in Petrum? Procurabat D. Petrus prohibere diuitias diuini amoris, eiusque summæ charitatis testimonium, quod in morte, quam summè desiderabat, declaratum est. Vnde quamvis tacuerit ad negationis lapsum, dissimulare noluit auertentem à patibulo; sed tunc valdè aspera reprehensione suggilauit.

Multa, & præclara amoris signa in suum dilectum diuulgat anima sancta, quod eum quæsiuerit per noctes in lectulo suo Cantic. 3. num. 1. Quod eum inuitauerit, *Veniat dilectus meus in hortum suum* Canticor. 5. num. 1. Quod, cum ipsa dormiret, cor eius super ipsum vigilaret, *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Canticor. 5. num. 2. At nunquam obiurauit filias Ierusalem, vt dicerent dilecto, quod ipsa, præ eius desiderio, amore tabescebat, seu deficiebat, nisi postquam à custodibus ciuitatis fuit inuenta, qui eam percusserunt, & vulnerauerunt, ac tulerunt pallium suum. Tunc immediatè inquit, *Adiuu vos, filia Ierusalem, si inuenieritis dilectum meum,*

Si mens à Christo Crucifixo recedit, in peccata prolabitur.

44

Matth. 4.

Hilar. Chrysost.

Plus fugiendus diabolus pugnant per hominem, quam per se.

Boetius.

45. Hilar.

Matth. 26.

Durum diuino amoris eius reificationes impedire.

46.

Cantic. 3.

Cantic. 5.

Cap. VII. Propria abnegatio.

Cantic. 5. Græcus.

Pressuris, ac laboribus probatur amor.

Gillebert.

ut annuntietis ei, quia amore langueo, Canticor. 5. num. 8. seu, ut habet Græcus, *Quoniam charitate vulnerata sum.* Cur non antea ausa est gloriari de Sponsi amore? Et cur non antea suum sic amorem vult diuulgari? Modo percussa; & vulnerata est, & tunc audenter pronuntiat, *Annuntiate ei, quia amore langueo*, Iniurias, vulnera, incommodaque pro dilecto tolerare, veri amoris efficax testificatio, ærumnarum patientia, amoris præclara probatio; vbi enim tanta est tolerantia, fictio subesse non potest. Gillebertus serm. 45. in Cantica. *Iam exorta sum, ait, iam expoliata sum me ipsa, iam idonea dilecto vestiri: spoliata, exoccupata mens langueat amore, nunciare dilecto, quia amore langueo.*



CAPVT VII.

Propria sui ipsius abnegatio.

Matthæi 16 Tunc Iesus dixit Discipulis
num. 14. suis: Si quis vult post me
venire, abneget semetipsum,
& tollat crucem
suam, & sequatur me.

VERSIONES.

Syriacus. Quisquis voluerit venire
post me, abneget animam
suam, & baiulet crucem
suam, & veniat post me.
Vatabl. Beda. Si quis vult me subsequi,
abneget.
Lucifer Carol. Abneget se sibi, & tollat
moriendum crucem.
pro Deo filio.
S. Sixtus lib. de Abneget semetipsum sibi,
Castitate. & tollat.
S. Valer. de bono Tolle crucem tuam, &
martyrij. sequere me.

ALTER TEXTVS.

Marci 8. n. 34 Et conuocata turba cum
Discipulis suis, dixit eis:
Si quis vult, me sequi,
deneget semetipsum, &
tollat crucem suam, &
sequatur me.
Luca 9. n. 23. Dicebat autem ad omnes:
Si quis vult post me venire,
abneget semetipsum,
& tollat crucem suam
quotidie, & sequatur me.

EXPOSITIO I.

IN Vno Iesus dixit, finita increpatione D. Petri; adiungit Dominus præsentia. Acti dixisset, Tu, ô Petre, vis impedire meam passionem, meamque crucem: tantum Sylueira in Euang. Tom. I. V.

abest, quod ipsa sit impedienda, vt tu, & ceteri omnes me in mea passione, ac cruce sequi, & imitari debeatis, æquo animo mortem, ac aduersitates tolerantes, vt saluari possitis, sicut ait Chrysost. *Dixit Discipulis suis, vt exprimit D. Marcus, Conuocata turba cum Discipulis suis, vt notat D. Luc. Dixit ad omnes.* Quod ad omnes spectabat, omnibusque erat necessarium, omnibus proposuit, & dixit. Quæ verba, cum sint tam necessaria, vt ait D. Augustinus homil. 47. de Diuersis, *Non solum vir, siue mulier, siue is, qui præest, siue is, qui aliter paret: sed vniuersa Ecclesia, vniuersum corpus, vniuersa membra per officia propria distincta, & distributa audire debent.* Notandum maxime, quod immediatè antea cum Petrus excederet modum, obliuisceretque morti inquit, *Abstine à te Domine*, non omnes, sed solum Petrum increpat, *Vade post me Satana.* At verò cum hic agitur res omnibus necessaria ad salutem; omnes conuocat, omnibusque dicit. *Dicebat ad omnes, Magnum documentum.* Cum res ad vnum spectat, qui delinquit, vni loquatur, vnus arguatur; cum verò res cunctis est necessaria, omnibus proponatur, & dicatur.

Si quis vult. Qui modus loquendi, ait Albertus Magnus, denotat, quam rarus sit, qui de salute agit: *Multi vocati, pauci electi.* Matth. 20. num. 16. *Nolite timere pusillus grex.* Luc. 12. num. 36. *Vult venire post me.* Non cogit, non compellit quemquam, sed omnes aduocat, & inuitat. Christus vnicuique post ipsum eundi libertatem relinquit, hæcque sententia eos ad se vehementius allicit; potentior enim est oratio mitis, quàm aspera, & violenta. *Venire post me*, non pedibus, seu gressu corporis, sed imitatione, tenendo, & amplectendo meam doctrinam. Deinde dixerat Dominus supra Petro, *Vade post me*, nunc, vt notant D. Paschasius, Beda, aperit, quomodo debeant post ipsum venire, nempe abnegando se, & tollendo crucem suam.

Abneget semetipsum. Tria hic mandat Christus Dominus; vt notat D. Chrysostomus homil. 56. Abneget, tollat crucem, sequatur me. *Abneget semetipsum* hoc est se ipsum propriis desideriis, ac appetitibus, qui legi Dei aduersantur, deneget; illis contradiciat, eoque à se abiciat, & amputer, illisque minimè consentiat. Petrus per nimium affectum obliuiscatur morti saluatoris: hunc affectum mandat Dominus, vt ipse à se excludat, & reiciat. Syriacus habet, *animam suam*, hoc est deneget suam voluntatem, ac consensum huiusmodi appetitibus Matth. 10. num. 36. Luc. 14. n. 26. *Tollat crucem suam.* Crux à cruciando, seu torquendo dicta: æquo animo ferat quilibet crucem suam, nempe quamcūque aduersitatem, ac tribulationem, quam sibi à Deo datam consideret. D. Lucas scribit, *Tollat crucem suam quotidie*, hoc aduerbium quandam in laboribus denotat perpetuitatem, in quibus significantur multiplices, & variæ tribulationes iustorum, quas Petrus recusat, & ad illas Christus vocat, & exhortatur. *Et sequatur me*; meo exemplo, quime ipsum abneget, & crucem meam fero. *Descendi de calo, non vi faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me,* Ioan. 6. num. 38. Et de sua morte dicebat Patri: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Matt. 26. n. 39.

K 3

Qva